



Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum, quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructæ

De Vacatione, Amissione, Et Extinctione Beneficiorvm ...

Leuren, Peter

Coloniæ Agrippinæ, 1704

132. An, & qualiter vacet præhabitum, & jam simplex, ad obtensionem alterius uniformis in eadem Ecclesia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74494](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74494)

quibus locis principalem dignitatem obtineas habet duas prabendas, vel duplicem portionem Canonicaem, una non est proprie Canonica; sed habetur solum pro quodam jure & beneficio temporali. Quin &, ut de suo addit Garc. n. 203. neutra illarum sit prabenda proprie Canonica; nec conferatur duplex titulus beneficii, sed unus, nempe ipsius dignitatis cum duplici reditu, prabenda, seu portione temporali, quæ dein exemplificat n. 213. & 214.

Questio 121. Num igitur per dispensationem Episcopi, aut saltem consuetudine, potissimum immemoriali, induci possit, ut quis in eadem Ecclesia habeat duo pariformia simplicia, v. g. duos simplices Canonicius seu prabendas?

Respondeo negativè. Garc. loc. cit. n. 124. citans Lambert. de jure patr. l. 2. p. 1. a. 509. 6. Hojed. p. 1. c. 20. nu. 3. & c. Pirh. de prab. nu. 141. Garc. n. 184. uti & Pirh. expressè loquens de consuetudine immemoriali, & citans pro hoc gl. in c. literas, de concess. prab. ubi ait, quod talis consuetudo magis censenda sit corruptela: tum quod prabende sunt in Ecclesia, tunc Canonice sunt constituendi. Abb. in c. literas. n. 2. & AA. communiter: item Gomez. de expectativ. n. 44. Duenn. reg. 71. n. 5. & c. consuetudo siquidem talis, quæ ex radice ambitionis procedere solet, tendit in diminutionem cultûs divini, præbetque occasionem negligendi administrationem rerum Ecclesiasticarum, adeoque tendit in grave detrimentum Ecclesie. Pirh. loc. cit.

Questio 122. An, & qualiter vacet prabatum, etiam simplex ad obtentionem alterius uniformis in eadem Ecclesia?

Respondeo vacare ipso jure. Castrop. tr. 13. de benef. d. 6. p. 3. §. 6. n. 5. Azor. loc. cit. q. 3. citans Cardin. Abb. in c. literas. Lamb. p. 1. l. 2. q. 7. n. 1. Rebuff. in concord. Rubric. de mandat. Apost. §. 1. Garc. nu. 182. dicens ipso jure vacare, etiam jure antiquo, juxta c. literas. Clem. ult. de prab. c. 1. de consuet. in 6. & citans quamplur. Paris. l. 3. q. 1. n. 121. cum communi. Quia, esto, ex munere & residentia sint compatibilia; attamen quia jure ipso mutuo se excludunt ex c. literas. & clem. fin. ipso jure sunt incompatibilia, & obtento secundo vacat primum ipso jure. Castrop. loc. cit. quin & si utrumque retinere præsumperis, vacat utrumque ipso jure ex decreto Trid. sess. 7. c. 4. Castrop. loc. cit.

Questio 123. In specie an, & qualiter due Capellania in eadem Ecclesia censantur uniformia & incompatibilia beneficia?

Respondeo: duo altaria in eadem Ecclesia, quæ dantur in titulum, seu duas Capellanas sub eodem tecto esse beneficia incompatibilia tanquam uniformia, & non posse simul teneri absque dispensatione Papæ, & per asecutionem secundi vacare primum, tenet Garc. cit. c. 5. n. 221. citans Dominic. in c. 1. de consuetud. in 6. n. 14. & Franc. ibid. n. 8. Fub. de visitatione. l. 2. c. 11. n. 9. (qui etiam ait, non posse in eo dispensare Episcopum, & procedere in hoc casu Trid. sess. 7. c. 4.) & plures Rotæ decisiones in Toletan. Capellania, quas fusè re-

citatur à num. 222. tradit nihilominus in contrarium Nav. conf. 16. & 22. de prab. duo altaria seu Capellania in duobus altaribus ejusdem Ecclesie, quamvis uno eodemque generali nomine Capellania dicantur, non esse tamen reipsa beneficia uniformia ad effectum incompatibilitatis, si habeant diversa & separata onera & munia, v. g. ut in uno altari in septimana bis celebret, & in altero ter aliis diebus: secus si instituta ad unum eundemque finem, ad eadem onera, munia seu officia, & unam congregationem. Navarrum sequuntur Castrop. loc. cit. n. 5. Mand. de signat. gratia. tit. de dispens. ad beneficia sub eodem tecto v. ad duo, Zerol. in pr. Ep. p. 2. v. beneficium. §. 13. Zechus. de rep. Eccles. c. de beneficiis. n. 4. & de beneficiis & pensionibus. c. 7. n. 4. Prosper de Augustin. & c. quos citat Garc. n. 225. sequitur item Gonz. gl. 10. n. 34. & hanc Navarræ sententiam probabiliter esse, idque saltem licitum esse, si consuetudo sit recepta, ut unus Capellanus duas hujusmodi Capellanas in eadem Ecclesia habeat; quarum altera non est sufficiens ad sustentationem Capellani; & sic posse etiam rectorem seu Parochum alicujus Ecclesie præter Rectoriam suam, seu beneficium curatum simul retinere Capellaniam in eadem Ecclesia existentem, ait Pirh. de prab. n. 138. citans Laym. Theol. mor. tract. 2. c. 8. n. 7. & eundem Nav. conf. 16. n. 1. qui etiam consil. 22. de prab. n. 2. addit, quod vi consuetudinis immemorialis possit quis etiam tales Capellanas in eadem Ecclesia retinere unà cum dignitate vel officio, quod obtinet; si dignitas vel officium illud non sit sufficiens ad decentem sustentationem, quin & Garc. ipso nu. 226. ait hanc Navarræ sententiam videri servari in aliquibus Hispaniæ partibus, præsertim in Episcopatu Abulenti, dum obtinentur sæpe ab uno duæ tales Capellania in eadem Ecclesia sine Papæ, imò etiam sine Episcopi dispensatione. Et ut ait num. 228. quamvis stante, quod sint beneficia uniformia, consuetudo in contrarium non erit habenda in consideratione, uti nec dispensatio Episcopi, sicut nec Nuncii, utpote qui contra Concilia & Canones dispensare non potest: verum tamen, ut ait n. 229. cum non sit jus clarum, esse beneficia uniformia, consuetudo tenendi in eadem Ecclesia duas hujusmodi Capellanas sine dispensatione Ordinarii vel Nuncii, videtur tolerabilis etiam post Trid. ubi illud quoad hoc non est receptum.

Questio 124. An pari modo, quo dictum de duobus beneficiis uniformibus, etiam incompatibilia sint difformia, v. g. dignitas & Canonicius, beneficium curatum & simplex, Canonicius & Capellania in eadem Ecclesia, seu sub eodem tecto; vacetque eorum prabatum ipso jure obtentionem secundæ?

Respondeo primò: non convenire in hoc A. A. nam primò: quoad hoc esse paritatem, quòd nimirum jura vetent habere duo etiam difformia sub eodem tecto; dum loquuntur generaliter, ne quis habeat duo beneficia in eadem Ecclesia, tenent Innoc. in c. cum jam dudum. de prab. gl. in c. dudum. 2. de elect. Mand. de signat. gratia. tit. de dispensat. benef. sub eod. tecto. apud Azor. p. 2. l. 6. c. 11. q. 2. qui dicit hanc sententiam esse probabiliorē oppositâ. Eandem sententiam tenet Hojed. p. 2. c. 20. n. 25. si quisque decisum esse à Rota, testantur Puteus & Achill.